

SECTIO V.
DE
FORMVLA ECLEGMATIS.

385.

De varia
denomi-
natione
eclegma-
tis.

Quid *eclegma* sit, iam dictum est §. 291. Est vox originis graecae, et deriuatur ab ἐκλείχω, quod significat *lingo*, vnde et a graecis vocatur ἐκλεικτὸν, et a Latinis *linctus*. Sine dubio hoc medicamentum eam ob causam hoc nomen adeptum est, quoniam lingi solet. Arabes illud appellant *looch* et *loboch*. Per vices linctum, ore detentum, sensim liquescens deglutitur.

§. 385.

Quae de
bolo et
electua-
rio de-
monstra-
ta sunt,
mutan-
dis mu-
tatis va-
lent quo-
que de
eclegma-
te.

Cum bolus, electuarium et eclegma in eo conueniant, quod sint medicamenta interna mollia, nec vlla re a se inuicem discrepent, nisi gradu mollitiei, qui in quouis determinatus est §. 291, pater, omnia ea, quae demonstrauit de bolo et electuario eo, quo haec cum eclegmate conueniunt, respectu, de eodem valere. Quapropter, ne sine necessitate prolixus videar, propositiones de bolo et electuario demonstratas, quatenus valent de eclegmate, huc sine demonstratione apponam, quoniam vnusquisque facili negotio, dummodo mutet mutanda, earum demonstrationem condere poterit.

§. 387.

§. 387.

Quae igitur cum ita sint §. 386, patet, Quae in-
quod omne id ingredientis vice in linctu fun- gredien-
gi possit, quod eius vicem sustinere potest in tum vi-
electuario et bolo §. 335. 363. Quibus acce- ce in ele-
dunt insuper looch officinalia, olea expressa ctuario
blandiora, mucilagines, vitelli ouorum, quan- fungi
doque etiam aquae stillititiae. possint.

§. 388.

Patet porro ex ratione adducta §. 386, in- Appli-
grediens linctus simplicis ita esse debere com- cantur
paratum, ut per se, sine aliorum miscela, in lin- demon-
ctus formam redigi possit §. 336. 2) quaedam strata de
linctus compositi ingredientia formae linctus electua-
vel per, se sine aliorum miscela, esse capacia, riis ad
linctum
vel non §. 337. 3) quid sit excipiens et exci-
piendum in linctu §. 338. 4) si qua ingredien-
tia, ex quibus linctus est componendus, per
se, sine aliorum miscela, in linctus formam re-
digi queunt, eundem excipiente siue exci-
pientibus non opus habere §. 340. 5) contra
ea linctus ingredientia, quae per se, sine alio-
rum miscela, in linctus formam redigi neque-
vnt, excipiens vel excipientia postulare §. 341.
6) si qua in linctu excipienda sint, excipiens
vel excipientia adesse debere §. 342. 7) exci-
pientis vel excipientium in linctu praesentiam
ponere praesentiam excipiendi vel excipien-
dorum in eodem §. 343. 8) excipientium in
linctu quantitatem et qualitatem ex excipien-
dorum

dorum linctus quantitate et qualitate determinari §. 344.

§. 389.

Solida
vel rari-
us, vel
non, vel
saltem
tenerri-
ma, vel
facile li-
quescen-
tia lin-
ctum in-
grediun-
tur.

Quamuis igitur multa ingredientium vice in linctu fungi possint §. 387. nihilominus tamen horum delectus est habendus. Cum enim linctus electuario maiorem possideat mollitiem §. 291. ne haec linctui conueniens mollities peruertatur, sicca, siue solida, vel plane non, vel saltem rarissime linctum ingredi, vel ea, si qua ingrediuntur, vel maxime tenerima requiri, vel facile liquefcentia, patet. Et eandem ob causam rarius conseruae et condita in linctum recipiuntur; quamuis haec traiectu per setaceum delicatioribus aptari possint.

§. 390.

Drastica
acria ali-
isque
qualita-
tibus
molesta
linctum
vix tuto
ingredi-
untur.

Eae, quae drasticorum, metallicorum in-primis et mercurialium vsum in electuario dissuadent, rationes §. 378. valent quoque de linctu, quibus accedit, quod hic nec scopus vsum drasticorum exigat. Qua de re ea linctum vix tuto ingrediuntur. Neque minus acria, aliisque qualitatibus, vt sapore et odore molesta, quantum fieri potest, in linctu vitantur, cum deglutitione lenta, qua ingeri solet, qualitates molestae, eae praesertim, quae gustum afficiunt, magis euoluantur, eorumque molestia augeatur.

§. 391.

§. 391.

Pinguia contra et mucilaginosae, frequentius in linctu adhibentur, atque hanc ob causam cauendum est, ne rancida sint alioque modo corrupta, utpote quod facile contingit officinalibus diu asseruatis. Pinguibus et oleosis subigendis vitellus oui inprimis conuenit, cui proxima sunt saccharum, mel et ex his confecta. Vitelli fere subtripulum, mellis autem et sacchari plus requiritur.

Quae-
nam cir-
ca pin-
guia sint
animad-
verten-
da.

§. 392.

Ex leoch officinalibus, melle, cremore lactis, vitellis ouorum, confectionibus molli-
bus, syrupis iisque, quae ad horum lentorem accedunt, ut mucilaginis, oleis pressis blan-
dis similibusque, quacunque fere proportionem iunctis, linctus exsurgit, modo eorum, quae subigendis pinguibus inseruiunt, satis sit. Ho-
rum interea singulorum dosim determinant dicta §. 141 — 157.

Ex qui-
bus lin-
ctus con-
fici pos-
sit.

§. 393.

Conseruae, electuaria, pulpae, triplum vel quadruplum syrupi diluentis fere requi-
runt, sicca octuplum, quamuis siccorum et conseruarum quantitas maior recipi possit, si de iis setacei ope arcentur partes solidae. Olea destillata, balsama liquida, elixiria, es-
sentiae, tincturae, spiritus et id genus alia, dosi refracta, uti in electuario, accedunt, ita, ut ideo vix reliquorum proportio mutetur.

Conser-
varum,
sicco-
rum, ele-
ctuaria-
rum, pul-
parum,
sympo-
rum, a-
liorum.
que li-
quida.

O 5

Aqua quido-

rum concentra-
tionum
propor-
tio deter-
minatur. Aquae destillatae, si nimia linctus metuitur
crassities, quantitas addenda pharmacopoei
arbitrio determinanda relinquitur. Frequen-
tius quoque syrupi q. s. praescribitur. Dila-
tior interea linctus consistentia sacchari q. s.
cogi potest.

§. 394.

Consi-
stentiae
gradus
linctui
proprius
saepius
negligi-
tur.

Consistentiae gradus, qui linctui compe-
tit, saepius negligitur et ipsi modo maior, mo-
do minor, pro circumstantiarum id exigentium
ratione, conciliatur, unde patet, proportio-
nis, qua linctus ingredientia accipienda sunt,
leges allegatas omnis exceptionis non esse ex-
pertes. Sic linctus consistentia solito reddi-
tur maior, si metus est, ne pingua ipsi in-
termixta secedant.

§. 395.

De ordi-
ne, quo
ingredi-
entia lin-
ctus scri-
buntur.

Ordo, quo ingredientia linctus in formula
scribuntur, non vnus idemque obseruatur.
Quae difficulter solubilibus subigendis inser-
viunt, his proxime subiunguntur, ceterum
obseruantur regulae, quarum mentionem
feci §. 259.

§. 396.

De dosi
linctus.

Dosis linctus rarius pondere, saepius vo-
lumine determinatur. Illud vero si fit, pon-
dus linctus vnciam dimidiam excedere non
debet. Hoc vero si placet, utpote quod
visitatus est, parui cochlearis mensura, aut,
quantum baculo liquiritiae capi potest, deter-
minatur eiusdem dosi.

§. 397.

§. 397.

Quantitas generalis linctus eadem fere est, quae electuarii et vix vnquam vltra sex vncias augetur, nisi vsus eius sit frequentissimus. Ingredientium quoque qualitas, vt saccharatorum facilis fermentatio, pinguium et mucilaginosorum corruptio, calida imprimis tempestate facilius contingens, prohibet interdum, quo minus linctus in maiori doseos mole praescribatur.

De quantitate generali linctus.

§. 398.

Adhibetur linctus in morbis partes internas, praecipue fauces, oesophagum, laryngem, trachaeam, bronchia infestantibus, vt aphthis, tussi, peripneumonia, phthisi, rarius in aliis.

De vsu linctus.

§. 399.

Specimina linctuum sunt.

I. Linctus tussim leniens et expectorationem promouens.

Rx. ol. amygd. dulc. rec. ℥j.

sperm. ceti rec. ℥ij.

croci. gr. X.

syrup. violar.

sacch. cand. aa. ℥ij

M. f. Linctus.

II. Lin-

II. Linctus in faucium et linguae ardore
et tumore.

℞. alb. oui in ▽ a quass. ℥ij.

▽ rosar. ℥i.

fyr. granator.

diamor. aa ℥℥.

⊖ prunell. gr. XII.

liqu. anod. min. gutt. XXX.

M. f. Linctus.

III. Boerhauui linctus ad sputa suppressa
in peripneumonia.

℞. ol. amygd. dulc. rec. ℥i℥.

Syr. violar.

mell. virgin.

vit. oui rec. aa ℥℥.

M. f. Linctus.

IV. Linctus in aphthis.

I.

℞. Syrup. pap. alb.

crem. lactis aa ℥ij.

vitell. ouor. no. II.

▽ rosar. ℥ij.

M. f. Linctus.

2. ℞.

2.

R. vitell. ouor. no. II.

conquassentur in

▽ rosar. ℥ij.

mucil. sem. cydon.

mell. virg. aa ℥j.

croci gr. VI.

M. f. Linctus.

SECTIO VI.

DE

FORMVLA PILVLARVM.

§. 400.

Quid pilulae sint, iam dictum fuit §. 289. Appli-
 easque simplices esse vel compositas, cantur
 magistrales vel officinales, relatiuas vel abso- hic de-
 lutas, et omne id ingredientis vice in pilulis monstra-
 fungi posse, quod vel per se, vel commixtione ta in su-
 aliorum in pilularum formam redigi potest, periori-
 eodem, quo de bolo et electuario demon- bus,
 strauit, modo §. 333. 334. probari potest, ita,
 ut superuacaneum esse arbitrer, harum the-
 sium demonstrationes huc apponere.

§. 401.

Cum omnia ea pilulas ingredi possint, Recen-
 quae vel per se, vel commixtione aliorum in sentur
 formam pilularum redigi possunt §. 400, ingre- quae pi-
 dien. lulas in-